

ANTELOQUIUM.



Um omnis nostra institutio *autore* Cicerone *lib. 1. off.* à Definitione debeat proficisci, ut sciamus, quid sit, de quò disputatur *Sim. de Præst. de J. U. V. lib. 2. Interpret. 1. dub. 1. n. 1. & seqq. Mascard. de prob. vol. 1. q. 2. n. 1. Everh. in Top. Loco à defín. 3. in pr.* siquidem Definitio vim, naturam & potestatem definiti explanat, *Mascard. d. loc.* adeò ut qui absque definitione cognitionem docere conatur, illi idem quod cæco viatori, hinc inde errâti usu venire soleat. *Athanas. in tr. de Defín. f. 28. in edit. Basil.* est namque oculus, qui vim rationis, & quæ mente concepimus, breviter explicat: imò habetur tanquam Regius censor, rei naturam demonstrans, *Ruland tr. de Commiss. cap. 1. n. 2. lib. 1. ubi ref. Tiraqvell de Jur. Primog. in pr. & alios,* itaque non videbimur operam luisse, si propositam, frequentissimam, utilem & necessariam, *pr. J. de Codicill. in foro fori, ut loquitur Fabian. Turrett. tr. de effect. & defect. Cl. Codicillaris. in proæm. n. 2.* Codicillorum materiam, à definitione inchoemus: præmissâ tamen aliquali nominis expositione. In vocabula enim inquirere præstat ne decipiamur in tractanda, vel cognoscenda re *Ruland. d. tr. de Commiss. cap. 2. n. 1.* quibus intellectis, eorumque virtutibus cognitis, tantò rectiùs ipsam rem (cujus intelligentia à verborum notitiâ pendet. *Gell. lib. 13. c. 9. de Antistio Labeone JCro. quem citat Wolfg. Heider. de Constit. Polit. tit. nomen. pag. m. 4. in f.*) intelligere, & intellectam faciliùs determinare possumus.

THE S. I.

Codicilli vocabulum (a) (quod Græcis γράμμα-
τεῖον, Theophilo κωδικέλλ. & est) sic dictum κατὰ μεί-
ωσιν à Codice: (b) in Jure πολύσκιμον reperitur (c).

(a) Rectè Singulari, aut unitatis numero prolatum, *juxta l. is qui unum. 19. ff. de Jur. Codicill. l. si ita. 38. ff. de condit. & demonstr. L. Ma-*